



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab Anno Domini D.XVIII. perducitur vsque ad Annum D.XC.  
nempe ab Anno primo Iustini Senioris, vsque ad quintum Mauritij Augusti.  
Complectitur annos LXXIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 565. Ioannis Pap. Annus 6. Ivstiniani Imp. Annus 39.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14926**

terium. Ioannes autem, qui hoc tempore sedebat Ro-  
manus Antistes, idem monasterium alius munium priu-  
legio, prout Gregorius eadem testatur epistola, dum  
ait: *hanc gloriam nostram praeclari sumorum scripta Regum  
Benedictus de nepos eius Theoderici, monasterio sancti Dei geni-  
trici Mariae in beatorum Petri Apostolorum Principis, nec non pro-  
prietate Christi scriptam, quod est in Sueuonum ciuitate situm,  
vbi S. Gildardus requiescit, & vna vna dicitur Galardus praeside vi-  
ditur, huiusmodi privilegia, auctoritate nostra decreta inuulgauerunt,  
& in plura conuersionis privilegia, quae a bone memoriae Papa  
Iuliano, concessit, huiusmodi Regum clementia, Clotary saluati, &  
Soygery huiusmodi huiusmodi, ipsi loco sub anathematis vincu-  
lo, nisi eam saluati vel iudicia, in concilio, & terminamus, statuentes,  
ut huiusmodi Regum, & ac post nonnulla: Ne vili fiat tanta sub-  
stantia loci sancti Mariae, & beati Petri, cuius & protomarty-  
ris, & huiusmodi Meriti, sacras, quem caput monasterio-  
rum Galia conuersionum, nullum, dicitur patrum libuisse, hac sa-  
tis de monasterio.*  
Exat autem de egregia sanctitate atque miraculis eius-  
dem S. Medardi carmen elegiacum Venantij Fortunati,  
vbi & aliquot recentior ab eo edita tum in vita, tum post  
mortem Apostolica signa; cuius est exordium a:  
*Non Christicolae, qui alio vici in agris,  
Pati tibi per merita magna, Medardi patet.  
deco, ceco illuminato, vbi defuncti corpus iaceret adhuc  
in feretro, haec eleganter:*  
*Cum pia corpore vobis membra a feretro,  
Subactum inuenit locus haberi dicit,  
Anxum ille, laetum inuenit, sic seipsum ab vmbra,  
Et videri illi tunc orbes fuit.  
Dum, sepulchra darent, oculi cubere sepulchri,  
Tunc super ille tunc huius, vigilare fuit.  
Causa a munda, datur illi lumine mundus,  
Temporibus dicit, hunc fugunt tenebras, &c.*  
reliqua item alia plura tunc edita recentior inuocato san-  
cto vno signa, quae ex auctore laetius, tibi petenda relin-  
quimus. Ad finem vero pro Rege Sigeberto, qui ex-  
tremum templum curauit, precans auctor ita peror-  
at:  
*In tua implacata nimis Sigeberti amore,  
Inferri operi promptus amore tui.  
Colonne inuicti qui templum in columnis ducit,  
Proque pro meritis qui tibi tecta dedit,  
Hic pia pax, seruis ego Fortunatus amore  
Auxilium posca, da mihi vna precor.*  
Porro eadem ipsa die, qua obiit S. Medardus, pariter  
excellent ex hac vita S. Gildardus Rothomagensis Ep-  
iscopum eius Germanum, eademque cum ipso die na-  
tum atque sacrum, Audouenus eiusdem Ecclesiae Episco-  
pus huius testatur verbis:  
*His diebus Gildardus fratris gemini atque Medardi:  
Thasque natus vobis, factus,  
Alia munda, & ab illa carne solutus,  
ac Catholica Ecclesia huius eademque die amborum ad  
Deum transitum celebrat. Quos igitur vna die peperit,  
simulque alit, & Pontificia dignitate insuper auxit, vna  
pariter die Ecclesia Catholica millos ad superos colit.  
Porro, qui vna eadem die nati gemini dicuntur Medar-  
dus, & Gildardus in reliquis, ut qui vna item die fuerint  
Episcopi consecrati, & vna pariter die mortui dicuntur,  
vbi, ad eundem quoque annum refertur cum minime pos-  
sunt: necesse est, ea esse facta diuersis annis, sed vna e-  
ademque die. Nam ecce in Concilio primo Aurelianen-  
si legitur interfuisse Gildardus Episcopus Rothomagen-  
sis, Nouomenis vero Ecclesiae non Medardus, sed  
Sophronius; quibus apparet eos non eodem quoque  
anno huius vna die esse creatos Episcopos; sic etiam ne-  
que eodem anno esse defunctos. Nam quomodo ad  
hunc annum, quo Medardus defunctus asseritur, Gil-  
dardus potuit peruenisse: si ante praesentem annum le-  
gimus Ecclesiae Rothomagensi praefuisse post Gildar-  
dum Flavianum, & post Flavianum, Praetextatum, quorum  
prior subscipus reperitur Concilio Aurelianensibus  
interdico, tertio, & quarto, posterior autem adhuc super-*

stes plures annos post praesentem annum, quo Medar-  
dus asseritur obiisse: Quae igitur facta vna die dicuntur  
de consecratione, & obitu: ea quidem eadem die,  
diuersis tamen intercurrentibus annis contigisse,  
necesse est affirmare. At rerum gestarum anni huius hic  
finis esto.

IESU CHRISTI  
Annus 565.

IOANNIS PAP. IUSTINIANI IMP.  
Annus 6. Annus 39.

Qvingentesimus sexagesimus quintus Domini, idē-  
que Iustini Imperatoris nouissimus, Indictio-  
nis decimaterciae incipit annus: quo Iustinianus Imp.  
vbi absoluit sui Imperij annum trigessimum octauum,  
atque nonum ingressus esset (vt ait Euagrius d) per men-  
ses octo, vel post annos triginta octo (vt auctor Miscelle  
habet) menses septem & dies decem, aut (quod Cedre-  
nus tradit) dies tredecim, ex hac vita migravit Idibus  
Noebris, media nocte, vt ex Corripo huius tempo-  
ris poeta in carmine de Iustini Imperatoris laudibus ha-  
bet. Media namque nocte clamor factus est, cum ex im-  
prouiso instar furis inuam effringentes mors eum ra-  
pue improuisa & importuna, opportuna vero ipsi Ro-  
mano Imperio sub Imperatore haeretico titubanti, & in  
deteriora labebat; vindicante Deo illas sanctis Episco-  
pis contumelias, pariterque prohibente, ne accensum  
ab eo semel incendium vniuersam depaeretur Eccle-  
siam.

Vt enim Dei iudicium fieret manifestius, tunc subita-  
nea est morte subreptus, cum iam indixisset exilium A-  
nastasio Episcopo Antiocheno, atque ceteris illi inhæ-  
rentibus Ecclesiae sacerdotibus. Tulerat diu consueta  
patientia Deus, quae aduersus Eutyrium Patriarcham  
anno superiore Imperator contra fas iusque sacrilege  
perpetraret, cum e sede eum violentus abstraxit: ve-  
rum, qui non relinquit virgam peccatorum super for-  
tem iustorum, haud fuit vltimus progredi, qui non  
solum, non emendaret perperam facta, sed audacio-  
ra tentaret, repentina eum morte subducens. nam au-  
di Euagrius d: *Vermis (inquit) Iustini edictum diuina  
providentia, quae nobis nobis prospectum fuit, minime vulga-  
tum est. Nam Iustinianus, qui Anastasio & suis sacerdotibus  
exilium indixit, ex improviso percussus, cum triginta octo annos  
& menses octo regnasset, ex hac luce migravit. De obitu item  
eius ista Nicophorus s: Iustinianus namque cum Anastasio,  
sacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore stegabant, ex illo li-  
bellum dilaret, inuisibili istius plaga, ex hac vita excessit. Eua-  
grius insuper eum, quem diuina haec vindicta percussit,  
ob impietatem, quam fouebat, & discordias, quas in Ec-  
clesia excitauit, ad inferos detruam affirmat, cum ait g:  
Iustinianus igitur cum omni omnino turba ac tumultu complu-  
set, mercedemque huius debuit vixit vna sua tempora reportaf-  
set, ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est.  
hac Euagrius futurum temporum rerum gestarum scrip-  
tor insignis.*

Qui autem diu post ipsum vixit, cum extremo illo  
spiritu facti penituisse, iussitque Eutyrium ab exilio  
reuoari, Nicophorus tradit h: quod ex eo (vt puto) ar-  
gumento deduxit, dum non sicut aliorum haereticorum  
eius nomen abstratum fuit e sacris tabulis, siue quod Pat-  
res Sextae Synodi & alij elogio Catholico homine di-  
gno & pietatis titulo reperiantur eius memoriam pro-  
secuti: nam S. Gregorius i Papa cum eundem nominat  
Imperatorem, pia memoriae Iustinianum appellat. Sed  
accipe de eodem Imperatore in Synodo Romana ab A-  
gathone Papa pronunciatum praconium: in epistola a  
enim ad Heraclium & Tiberium Imperatores post recita-  
tos sanctos Orthodoxos Episcopos, qui aduersus haereticos

L  
d Euagr. lib  
4. c. 40.

II.  
IUSTINI-  
AN. DEI  
VINDI-  
CTA EX  
HAC VITA  
ABRE-  
PTVS.

e Euagr. lib.  
4. c. 40.

f Nicoph.  
lib. 1. c. 31.

g Euagr. lib.  
7. cap. 1.

III.  
h Nicoph.  
lib. 17. c. 31.  
IUSTINIA-  
NI MEMO-  
RIA ARO-  
MAN. PON-  
COMMEN-  
DATA.  
i Greg. lib. 2.  
epist. 10. lib  
7. ep. 11. c.  
k Extat re-  
citata in Sy-  
nod. Sexta  
lib. 4.





tericos pro fide Catholica certamen inierunt, mox de Iustiano hac subdit: *Et pro omnibus amulato vera & apostolica fides via memoria Iustiani Angusti, cum fidei rectitudo quantum pro sancta confessione Deo placuit, tantum Romanicam Christianam exaltavit. Et utique ab omnium gentibus eius religio in toto se veneratone digna consistit, cuius fidei rectitudo per Augustiniana cum ecclesia in toto Orbe diffusa locustatur: quantum ut in, quod ad Z. etum Alexandrinum Praesulem aduersus Aetopalarum heresim missum est pro Catholica fidei rectitudine, satisfecit iustitiam cum hac nostra humilitate suagitione restitit et in quibusdam Christianis atque digne per praestitum Latroes offerimus. & c.* Et in alia rursus epistola ad eundem Angustum Roma ex Synodo centam viginti quinque Episcoporum missa, ubi Theodosij Magni atque Marcianae fidei Catholicae praerlatam predicant, haec de Iustiano mox inferit, cum praefert istlem: *Sicut exiit, inquit, Iustianus, praestantissimus tamen omnium magni illius Iustianus, cuius veritas, ita & pietas omnia in meliorem ordinem restituit: cuius insar fratris in vestra clementia precipitum virtutu quidem conatibus Romanicam Christianam tuetur & restituitur in meliorem pietatisque sententia Catholica sacrorum A. Iustia, haec sunt ex Agathone Romano Pontifice Iustianus praerconis.*

**VI.** Quod enim quae de eius haeresi darentur, nulli constarent edictorum ipsius publicis monumentis (nam etsi scriptis, non tamen, v. vidimus ex Eusebio, promulgavit de haeresi Imperator edictum) & e contra eiusdem Imperatoris fides Catholica pluribus promulgatis sanctionibus probatur: nihil praeterea de eo sententiam, quam suis ipsius scriptis reperitur expressum, idem Romanus Pontifex exilium, cuius sententiam non ex populari clamore, sed potius ex aeterna scriptorum testimonio profertur debet. Sed nec itrogata in Orthodoxos exiliorum supplicia eum omnino conuincant haereticum, etsi inuictum arguebantur quae sacrilegum: sicut nec cum Vigilium Papam eadem poena multauit: praesertim vero cum de exilio Eusebii Episcopi culpam visum fuerit decessisse, dum eum ex testimonio (vt Nicephorus ait) renouandum constituit.

**V.** Quod igitur edictum tenent minime fuerit promulgatum, & perperam facta vidimo elatio visum sit reuocasse; haud adeo infamis posteris, sed honorifica eius memoria mansit. Nam audi eundem de his Nicephorus ait: *Ioannes Chalcedonensis cum Constantino politane praesertit Ecclesiae, alexi Commemorate, in ipso Verbi Dei Sapientia tempore quantum magis memoriam eius celebrant, populi vniuersi concine a I. rim donnam coacta. Memoria eius Episcopi quocumque in Ecclesia discipuli eius, qui supra praesertit Saluatoris reuoluit culta: quam Ecclesiam ipse Iustianus construxerat. haec de eius memoria publicis honoribus affecta post mortem Nicephorus, qui & de eiusdem sepultura haec subdit: *In magnifico monumento ab ipso lapide Sardinia in A. postuleram templo constructo sepultus est, ad dexteram in eadem ingrediens partem.**

**VI.** Sed quo magis humanum possunt Imperatores, subductis chartis legitimum fallere atque vitare iudicium, quod non nisi (vt aiunt) secundum acta atque probata potest ferri potest: eo distinctibus diuino referuntur examini inaccessibili, atque atrociori poena plectendi, secundum illud, quod ait Sapientia ad Reges terrena: *Horrende & cito apparuit vobis, quoniam iudicium dationem huius, qui praesertit, sit. Exigunt enim conuictum inferioribus, potentes autem poterit tormenta patiantur.* Sane quidem etiam humane non sit facultatis diuini interesse iudicis, ac de illis omnino nefas sit iudicare: tamen secundum irrenouabilem illam Dei sententiam, quae de omnibus reperitur pronuntiata defunctis d: *Opera illorum sequuntur illos.* eadem ipsa, quae hinc ab eorum reuera sunt Iustianum, aduersus eum haereticos clamant in chartis, quam recepit, pace) iugiter emittitur, decedensque reliquit secensum; sacrilegiorum immensitas, cum saepe in Christos Dominum sanctos Episcopos violentas manus

iniecit, vt inter alios in Vigilium Romanum Pontificem & Eusebium sanctissimum Constantinopolitanum Antithem: et delictis in super in ciues innocuos ab Eusebio superius deplorata, & auaritia ab eodem preffusugillata, vt omittamus reliqua. Quam autem mortuus ante hortendum maiestatis diuina tribunal sententiam accepit, etsi non fit hominis iudicare: opinari tamen si cui licet, facilius est inuenire, qui Eusebii de eius condemnatione veli si qui sententiam, quem iure sciat, praetogata temporis, cum quae scriptis, insperet, historici reliquis esse praefertentium, qui longe post Iustianum tempora res ab eo gestas scripsit: cum praesertim in eandem proculdubio abesse sententiam Procopius eiusdem temporis luculentas historicas visus sit, dum quem ante laudat, postea scripto volumine tam ipsam, quam Theodoram conuicem recantans falsoriam magnopere vituperat, vt apud Suidam notatum habetur.

At cum laudatam audis ab eodem Procopio insignem eius pietatem in erectione templorum, quibus replete non Constantinopolim tantum, sed vniuersum pene visus est Orbem: praeterea ad Eusebium de his ista d centem e: *Erant porro tam largus in pietatis e. regenda, vt multa sancta & magna seaepta in multis locis extiteret, aliqua sacra adificia, quibus tam vni, tum mulieres & atate tenera & exalta, tum qui variis modis vacabant, sedulo accorantur, adificata: magnamque se sum colligere a suis pietatis vni, vnde ista perficerentur: alia denique insensita exequitur opera: quae sana pia, Deique accepta essent, si modo vel illa, vel alij, qui talia moluntur, de sua ipsorum bonis efficienda curarent, magis vna adiuuaret: a secleris late tamquam hostiam Deo offerent. haec ipse, qui paulo superius de eiusdem Imperatoris in peccatis a subditis corradendis cupiditate ista recenset:*

*In Iustiano vero tam inexplebilis fuit pecunia cupiditas, & tam rursus atque adeo absurdus seruo avarum appetitus, vt omnia saluorum bona ha, qui in possessione adinistrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa in istis humanitas strere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures vero, immo innumerabiles, qui bona multa possidebant, causa falso commentitiasque consilia, omnino se totum multauer. Quod h quae meretricibus cupiditate ad aliam bona adiuuaret, recusatadnem se villam cum eo vel comaritionem habuisse simularet: nam omnia vna ac lege, modo Iustianum rursus in visum consulerit, cum causa in ista fuerent; facillatiqui o meo illis, qui falso in crimen adducti erant, fuerunt in eum diuina trauulata.*

Haec Eusebius; cuius sententia, quod ab eo noae promulgatae sunt leges & veteres testium, tot tensa ad extorquendam pecuniam reia dicens: eum etsi ex illis alique currentibus ad praedam Iudicibus venatoribus aliquando potuissent obstrare, conuino easdem mira arte depressas sineit a magistratibus pro arbitrio proccari. Ista est antiquioribus, si atque sincera pollembus scriptoribus reletans, cito in me coactate Iustianorum agmina pro suo Iustiano pugnantia: vterum satis sit ad defensionem vnica opposita veritas, quam profitemur, & illibatam colimus & excolimus.

Ceterum quae ab eo iuste pleque restituta vel facta reperiantur, vt Dei munus Christianitas non refugit, sicut nec Ethnicorum Imperatorum, eorumdemque Christianorum persecutorum leges iuste decretas; meretricibus retinens & ore vetans, quod diuina Sapientia clamat s: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.*

Hinc videas ipsum quoque Sin. Gregorium Romanum Pontificem & in meretricibus etiam rebus Ecclesiae fidei vt eiusdem Iustianus Imperatoris constitutionibus eademque citare consuevit, sicut & aliorum Christianorum Imperatorum, necnon & Gentilium, vt Modestini & aliorum, cum opus suis, lucet eouulsiorem. Quae vero

Nicoph. lib. 17. c. 31.

ibid. c. 33.

VI. DE IUSTINIANO IMP. 39. INDICTIONE.

c. Septim. 6.

d. Apr. 14.

VII.

VIII. DE IUSTINIANO IMP. 39. INDICTIONE.

IX.

TRIN.

g. Oct. 11. 39.

praeter.



peret non fasque idem Iustinianus suis sanctionibus ob-  
servanda precepit, Catholica Ecclesia respuit, ut que  
non speret Ecclesiam personamque Ecclesiasticam arrogare  
potuerunt, quare de vitiis constituit. Sed in his  
constituta Alaxandria, licet eum omnibus animis al-  
conferat. Quod autem innotuit nota Iustiniano de  
voluntario coactio diuortio, ad eius successorem Iu-  
stinianum cum legem potius pertinere, suo loco dice-  
mus.

Quereuo spectanda eiusdem Imperatoris scripta,  
sua potius aliorum lucubraciones suo ipsius nomine  
promulgatas: preter illa, que sunt recentia ipsius  
de hie edita, Iudoras de eodem ista habet b: Iustina-  
nus imperator qui semel liberos de incarnatione Domini edidit, quos  
cum per duos annos in provincia misit. Condidit quoque scriptum  
per a Iustinianum synodum & aduersus Africanos episcopos, in  
quo Iustinianus a diuinitate contemnitur. Sed ne quis ex his  
relegat Iustinianum, quod autem habet dicitur Iustinia-  
num tot scriptorum auctorem: nam sicut Triboniani  
fuisse ceteros leges, ita & Theodori Cesarientis scrip-  
ta suo nomine vulgari voluisse, que dicta sunt superius lo-  
cunt. At de Iustiniano factenus.

Antequam autem ad eius successorem conuertamus  
orationem, incilis à Narsete prope Romam, cum adhuc  
vixeret Iustinianus hoc anno, in pontem se restititio su-  
per Antiocheni flumini inscriptione, ne eas amplissimis  
litteris curatas non legisse culpe sit huc describamus sic  
eum se habent:

INERANTE, D. N. PISSIMO, AC TRIVM PHALL  
SEMPER IUSTINIANO, P. P. A. V. G.  
ANN. XXXVIII.

NARSETI, VIRI GLORIOSISSIMI, EX PRAPOSITO, SA-  
CRO PALATII, EX CONS. ATQUE PATRICII, POST VI-  
CTORIAM GOTHICAM, IPSIS FORVM, REGIBVS, CELE-  
BRITATE, MIRABILI, CONFLICTIV, PVBLICO, SVPERA-  
TIS, ATQUE PROSTRATIS, LIBERTATE, VRBIS, ROMÆ,  
AC TRIVM PHALL, RESITIVIA, PONTIEM, VLE, SALA-  
RIA, VSQVE, AD AQVALI, A NEFANDISSIMO, TOTILA,  
ITRANO, DISTRVCTVM, PVRGATO, PLVMINIS, ALVEO,  
DE MILLIORIB, STATVM, QVAM QVONDAM, FVERAT,  
RENOVAVIT, HENEGI, IBI:

QVAM, IENE, CVRBA, TD, DIRECTA, EST, SEMITA, PONTIS  
ATQUE, INTER, VPTVM, CONTINAVIT, IER,  
CALCAMVS, IAPIDAS, SVBIECTI, CVRGITIS, VNDAS,  
ET, LIBEL, IURAT, CE, NEREE, MYRMV, A QVÆ,  
ITRIGITV, FACILES, PER, GAVDIA, VESTRA, QVIRITES,  
ET, MARSIM, RESONANS, PLAVSIV, VRIQVE, CA-  
MAT,  
QV, I, PONTIV, RIGIDVS, GOTHORVM, SVBDERE, MEN-  
TIS  
HIC, DOCVIT, DVRYM, FLVMINA, FERRE, IVGYM,  
Iam ad ipsum Iustinianum veniamus.

Similic autem ex hac vita Iustinianus discessit, suc-  
cedit Iustinus ipsius sororis Iustiniani Imperatoris no-  
mine Vigilantie filius, patreque nomine Dulcissimo na-  
tus, cuius vero Iustini, Sophia appellata, Theodora  
Augusta nepos fuit, ut ex Victoris Iunnenis Chroni-  
co, & Corippo Africano grammatico, qui Iustini laudes  
cecinit, apparet: nam pulchre hic de ipsius Iustini, ma-  
trij eius atq; uxoris nominibus:

Mater conspici placidam Vigilantiam vestris  
Sempiternis oculis: quamvis, unum pectore gestas,  
Alina Augusta tui consors Sapientia regni,  
Tu quoque postera nomen de nomine sumens,  
Prima quondam veteris firmissima Regum, &c.

Iustinus igitur apud Iustinianum Imperatorem cogni-  
tione sive primium sibi vendicauerat locum, ab eodēq;  
Cæsaropalatus creatus (ita Græci dicunt magistratum, cui  
Palatii cura credita erat) qui & Cæsar iam antea dictus  
Iustinianus quidem Corippus his versibus docet.

Annal. Eccles. tom. 7.

Te dominum sacra qui non praxerit aula,  
Cum magni regeres diuina Palatia patris,  
Par extans curis solo diademate distans,  
Ordine pro verum vocitatu Cura palatii  
Dispositus iam Cæsar eras. Cum supra teneret  
Fortis adhuc senior, regni tu summa regebas  
Consilio moderata graui: Nil ille peregit  
Te sine. Sed quæ diuinitus de eodem sint præuisa ab  
Eutychio Patriarcha, Eustathius ita narrat:

Tribus circiter annis ante Imperium Iustini futura prospici-  
enti & magno Pontifici patefactum fuit ipsum imperatorum:  
Quin illa interposita mora, ut eum in DE I timore confirma-  
ret, utique vitæ eius ad pietatem incenderet, cum lucanda-  
nis quodam die Senatui haberetur, in remotum quendam lo-  
cum Dei seruis Iustinum sedecit, quo quidem in loco senestra e-  
rat (hoc enim signum, ut Lapidum curuulus olim inter Iacob & La-  
han restimonia fuit.) Et audi, inquit, amplissime vir. Quam-  
uis ego humilis sum seruis & sacerdos Dei: significauit mihi Deus  
te post antonulum tuum fore Imperatorem. Quare vide, ne hinc  
illuc occupatibus distraharis: sed attende tibi, & operam da, ut  
dignus euadas, qui Dei pericias voluit atem. His auditis Iusti-  
nus gratas egit Deo & viro magno respondit in hunc modum: Deus  
me dignum faciat, ut voluntati eius obtemperem, neque guber-  
net & regat arbitrio suo. Et hoc quidem sic facta sunt. Cum  
autem vir magnus esset in insula, qui Principe appellatur, quodam  
die narrabat nobis: In visione (inquiens) noctis quidam gladium  
dedit duorum imaginem continenti, Iustini & coniugis eius, qui  
& Nihil aridebant. Sed quidam id significaret, ab eo quæsiuit  
Iustinus ex his, qui illi præsto erant, num illius gladij visione sectionem  
aliquam, vel rem portendi ferret. Minime, inquit ille, sed hi  
ipsi rogabant, & me liberabant: Imperatoris enim habitum  
datus asseri. Quod imperauerint, persequendum est: Quod autem  
fuerit liberatus, quodque exilij eius multa visiones exciterint, om-  
nes nouimus. hæc Eustathius. Verum sicut pincerna tar-  
dus recordatus est Ioseph in carcere detenti, ita & Iusti-  
nus scitius quam par erat Eutychium ab exilio reuocauit,  
& non antequam qui in eius locum intrusus fuerat  
Ioannes, ex hac luce discesserit.

Ex hac vita iam subducto Iustiniano Imperatore, ex-  
citurat media nocte Iustinus à Callinico Excubitorum  
Preposito, & ut habenas sumat Imperij admonetur, pro-  
gressusque ad aulam; & Senatu hortante sumit Imperi-  
um: cum interea componitur exanime Imperatoris ca-  
daver, ornaturq; ad sepulturam, Sophia tunc ipsum ve-  
ste contextit pretiosa valde, in qua effugiat erant eiusdem  
Imperatoris res gestæ: quæ describitur à Corippo, cum  
agit de Sophiæ pietatis tum exhibitis officiis defuncto  
Iustiniano. Pandemus his tibi eam velut picturam in ta-  
bula, quam docta manus non penicillo, sed acu forma-  
uit. Cum igitur de paratis agit exequiis, pompaq; fune-  
ris adornata, hos etiam habet versus:

Exequiis adicit festo plus dona paterni:  
Ireg, contractas densis inbet agmine turbas,  
Et tult in textam pretiosa murice vestem,  
Iustinianorum \* vsi tota laborum  
Nexo auro insignita fuit, gemmisq; corusca,  
Illi barbarica flexa ceruice phalanges,  
Occisos Reges, subiecta q; ordine gentes  
Pictor acu tenui multa formauerat arte,  
Fecerat & sulcum distare coloribus aurum,  
Omnis ut afficiens ceu corpora vera putaret.  
Effugies auro, sanguis depingitur ostro.  
Ipsam autem in miedia victorem pinxerat aula  
Effera Vandalica calcantem colla tyranni,  
Plaudentem Libyam frons; Lanarum, serentem:  
Addidit antiq; am tendentem brachia Romanam  
Exerto & nuda gestantem pectore mammam  
Altrixem Imperij, libertatisq; parentem.  
Hoc ideo fieri vixit Sapientia iugit,  
Ornatum ut propriis sumis regale triumphis  
Augustum in tonitruum sed alio duceret hora. hæc de ornatu  
cadaveris atque feretri.

Annal. Eccles. tom. 7. Cc. 2. Cate.

c Ap. Sar.  
dis 6, April  
tom. 2.  
XIII  
QUA PRÆ-  
DICTA DE  
EVTVRO  
IMPERA-  
TORE.

d Gen. 4. 6.

VIV.

\* ferles  
DE VESTE  
AVRO PI-  
CTA.



XV. TRIVMPHALIA VASA.

Ceterum idem post multa subditauctor, nullum ferme vas fuisse, in quo non sculpeæ essent victoriæ eiusdem Imperatoris imagines, narrat: Ipse triumphorum per singula vasa suorum Barbarico historiæ sermone laudat auro, Tempore, quo capiti misit vincula tyranus Iustinianum omni quæto cum Consule Præcepta Alia triumphali terret Capitolia pompa.

XVI.

At ita composito ad funus Iustiniani ferretur, illud minime tamen effertur, nisi postquam insignia Iustinus accepit Imperii; quæ quidem nec recipere voluit, nisi consulto oratoque numine & religionis officio percolutus: nam idem hæc de his cecinit auctor:

Ipse autem præterea magnis oratibus actus Non primis Imperii regalia signa recepit, Ni sacra prius supplicet oracula poscent, Effusi precibus Christo sua vota dicent, Licet Angelica pergens in limina templi, Impositis pia throna soci, ceteris, micantes Obvult, & supplex lacrymis ita capiti obortur: Omnipotens Præcepta, &c. quod item pietatis opus ipsa eius vxor Sophia seorsum exsoluit.

XVII. IUSTINVS A IOANNE EPISCOPO CORONATVS.

Explesit vero, quæ solent à proceribus exhiberi, solemnitas à Patriarcha Ioanne idem Iustinus benedictionem accepit atque coronam: quod pulchre his versibus idem poeta describit:

Postquam cuncta videt ritum per alia priorem, Pontificum summum, plenæq. ætate venustus Agitantem benedixit eum; ceterique parentem Exorans Dominum, sacra diademate iugit Angulum sancire caput, summosq. coronam Imponenti apici, &c.

XVIII.

Post hæc autem diademate insignitum & in folio collocatum, acclamationibus absolutis orationem habuisse testatur ad populum, quam describit: ante cuius exordium cum signasse cruce frontem tradat, veterem morem intellige, consuevisse nimirum Fideles ante concionem præmittere crucis signum: nam audi:

Ipse coronatus solum confecit animum, Atq. crucis faciem signum venerabile, sedis: Excitans, matris, coniecto præsentem Senatus, Ore pro his orans ait: Super omnia regnans Regna Deus, &c. At non manu tantum signasse crucis signum, sed & ligno sacratissimo Dominice crucis frontem exornasse, idem inferius docet, hæc dicens: Egrediantur cum luce sua, frontemq. servent. Armatus sancti faciem signacula ligni. In frontibus enim Regum crucem fulgere consuevit, superius auctoritate Patrum, alia id pollicente occasione, dixisse meminimus.

XIX.

Post hæc autem ubi ad populum perorasset, atq. eius querelas lugubribus editis vocibus percepisset, quibus dolebat iniuste exactionibus vexatum à prædecessore Principe, & ab eo debita non esse soluta: Iustinus sua vinctique reddere præcipit, & æs alienum Iustiniani dissolui iubet. Hæc autem pereleganter Corippus his versibus cecinit:

Flere dicitur lacrymis non passus acerbis, Cum doluit miserans, & se pietate subiegit Legibus vitro sub: Aliena pecunia, dixit, Reddensa est. Vnum patri qui sustulit heres Theodosio Julia priuatus ferre ministrum Imperat. Innumera vox adnunciat æterna, Fortis centenis oneratq. in archa liberis Deposuitur honoris: turba glomerantur in vnum, Et rotas suis Circus respiciunt auro. Tunc posita ratione palans, populoq. vidente, Debita persuluit genitoris, cauta, recepit. Gaudia quantæ illis, quantos sanos! vndiq. letus Tollitur in culum populorum clamor onantum, &c.

XX.

Hæc quidem omnia profecto redargunt Iustiniani prædecessoris auaritiam, ne recitata superius ex Euagrionis esse calumnias & ex prauo ea scribentis animo produ-

se quis putet. Præter hæc etiam de cauendis delictis Iustinum populum admonuisse, tradit auctor. Sed nec prætermisisse, quæ ad Ecclesiarum statum pertinere videbantur, testatur Euagrion, qui ubi plura præcedentibus contententia narrauit, hæc addit: At primum dei mandatum, ut omnes Episcopi & sacerdotes, qui ex omnibus locis in vnum Constantinopoli conuocati erant, ad sua ipsorum dimitterentur sedes, uti consuetis cultus Deo sancte religiosè, adhererent, moneas, ne quisquam quod ad fidem pertinet, novare mœueretur. Atq. istud quidem cum factum in laude ponendum est. hæc Euagrion.

Sed quæ ad Iustinianum Imp. funus spectant, quod postea curarum consistat, pauca quedam hic ex eodem Corippo cuncta exacte prosequente describenda putamus, vt potè quæ ad Christianum cultum pertinere noscuntur, atque primum de multiplicibus luminariis celebri pompa delatis, cum ait:

Vasa aurea mille, Mille columinarum fœces, argentea mille, Quæ super impositis implebant atria ceru, Et digne cuncta suo, patrum suæ more parata. Vasa illa fuisse intelligas multiplicia instrumenta pretiosiorum diuersi generis candelabrorum aut portandos cereos fabricatorum, quorum superius diuersimodis in locis mentio facta est. Subdit vero de his, quæ ferebantur condiendi causa castris.

Thura Sabæa cremant; flagrantia mella locatis Insundant patenti, & odori balsama iuncto: Centum alie species, vnguentaq. mira seruat Tempus in æternum sacrum seruanda corpora. Et inferius de procedente populo, & psalmodia, qua religiofam prolequebantur finis pompam.

Ita populus proceffit ab aula: Messas, funeres attendant agmina ceru. Omnis in exequias sexus conuocat & ætas. Quis memorare potest tante miracula pompæ? Hinc Levitarum mirabilis ordo canentium, Virgines sonat inde choros: vox ab æthera pulsata.

At hæc satis ad infundendam veterem Ecclesiæ Catholice consuetudinem in celebritate Funerum Fidelium definiturum, per singula tempora vig. in presens religiosissime propagatam. Sed de funere Imperatoris ad aliud Regis funus transieramus.

Hoc enim anno & Clotarius Rex Francorum, cum ageret ab obitu Clodouei aanos quinquaginta & vnum in regno, ex hac vita migravit: de quo illa Gregorius, a res sui temporis scriptis prolequens: Hæc vero Clotarius anno quinquagesimo primo sui regni cum multis numeribus luminibus beati Martini & Petri; & adueniens Turonos ad sepulchrum antecessoris Antistini, cunctas actiones, quas fortasse negligenter egerrat, replicans, & etiam cum grandi genitu, vt pro suo culpa beatus confessor Domini misericordiam exoraret, ea, qua irrationabiliter commiserat, suo obsecrat dilueret. Exin regressus quinquagesimo primo regni sui anno, dum in Cælia sua venationem exerceat, a sebre corripitur, & exinde Compendium villam rediit; in qua cum grauior vexaretur a sebre, aëbat, Vab, quid putatis? quæ est iste Rex caelestis, qui sic tam magnos Reges interficit? In hoc enim radio postus, spiritum exhalant. Quod ad eius culpas pertinet, ipsum quidem compluribus delictis obnoxium, potissimum vero incestus nuptiis infamatum, sæpe excommunicatum fuisse à S. Nicetio Episcopo Treuerensi idem Gregorius in rebus gestis eiusdem Episcopi, quas conscripsit, affirmat, sed de eius sepultura ubi supra idem auctor hæc addit: Quætor filij sui cum magno honore Sushonias deferentes, in basilica beati Medardi sepeluerunt. loco scilicet, quem delegerat ad basilicam constituendam, quam tamen filius Siebertus construxit, ac demum: Obiit autem post vnum decursum anni diem, quo Chramnus fuerat interfecit. hæc Gregorius.

Defuncto Clotario, quatuor eius filij inter se partiti sunt regnum, nempe Charibertus, Chilpericus, Guntharmanus, & Siebertus: quorum Charibertus regni sedem tenuit

tenuit



venit Parisi, Chalpericus Suelionis, Gunteraminus  
Auchonius, Siebertus Rhenis, Petrohorum omnium  
relegitissimus habitus est Siebertus. Hic enim simul  
accipere partem esse defunctum, nihil antiquius ha-  
bitum, quam in sanctum Nicetium Treuerensem Episco-  
pum ab eo in eum antedatum postliminio reuoca-  
ret: de quo ita in Vita eiusdem S. Nicetij Gregorius  
libet:

Annus huiusmodi quodlibet predicat populo. donatus  
venerat singulari, & pro remissione deprecans offensus confite-  
ntiam: unde aduersus eum scriptum est: virum excessi: quod tam  
venerat multorum facinora publicaret. Nam plerumque se pe-  
nitentibus videri debet, gladio exercitae ceruicem praebat: sed no-  
niam in domum non permisit. Voluit namque pro iustitia mori,  
professus fuisse confessor, nichil enim: Libenter martir pro  
iustitia. Sed & Chazarum Regem in iustis operibus sequi excom-  
municant, reuocantque in unum: eo quod in unum est terris. Quo-  
modo vero tempore, cum ad exilium ductus, ad reliquos Episcopa,  
qui ad latere regis effecti fuerant a comitibus, atque a suis omni-  
bus derelicti: nihil dicens, qui ad locum postulat in fide, ait: Quid  
tu non ego? quare non sequeris facinorosus & eos, quos vultu  
dico & hunc? Qui ait: Vultu Domini Deum meum, quia yf-  
que qui spiritus meum intra hoc artus continentis fuerit, nunquam  
derelinquant. Et ille: Quis (inquit) hoc dixisti, dilectum tibi,  
qui Dominum reuelante cognouit: Cras enim in hac hora & hono-  
rem recipiam, & Facilius meo respiciat. Hi autem, qui me dereli-  
querunt, cum in agro pulvere ad me conueniunt. Profolabatur ita  
qui dicitur rem promissionem attentum: quod postea est expertum.  
Illud scire quod die crastina, subito aduentu legati Sieberti Regis  
comitibus, nuntians Chazarum Regem esse defunctum, seque re-  
gnum debentem cum Episcopi charitate debere percipere. Hic ille  
audire ad Episcopum regressus, postulari restituitur, consilijque, ita,  
a quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit. Huiusque  
Gregorius, qui & alia sanctissimi Praefati egregia facta  
scriptis mandauit.

Annal. Eccles. Tom. 7.

Hec plane pelvis illa fuit, cuius S. Gregorius Papa  
meminit in Dialogis, miraque narrat verbis istis: Am-  
monius nullo iam in monasterio positus narravit, quod in ea mor-  
talitate, que Patricij Narsetis temporibus hanc urbem vehementer  
afflixit, in domo praedicti Valeriani puer armentarius fuit praeci-  
pue simplicitatis & humilitatis. Cum vero eiusdem advocati  
domus eadem clade vastaretur, idem puer percussus est, & yf-  
que ad mortem delatus. Qui subito sublatus a praesentibus,  
reliq, si quoque dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego in  
caelo sum, & qui de hac domo mortui sunt, agnovi: ille, ille, &  
ille mortui sunt. Tu vero ne times: quia in hoc tempore mori-  
turus non es. Et vero factus, quia me in caelo fuisse, verum fac-  
tor: ecce accipis illic ut linguam hominum loquar: Nonquid tibi  
incognitum fuit Oracum me linguam omnino non nosse? & ta-  
men Graece loquitur, ut cognoscat, an verum sit: quod me linguas  
hominum accepisse testificat. Cui tum Graece dominum suum locu-  
tus est, atque ille in eadem lingua respondit: vt cuncti, qui ad-  
stant, mirarentur. In eadem quoque domo praedicti Valeriani  
Narsetis statharius Duxer manebat: qui festine ad agrum dedu-  
ctus, et Bulgaria lingua locutus est: sed ita puer in Italia natus,  
& nutritus in eadem, barbara locutione respondit, ac si fuisset ex  
eadem gente generatus. Mirati sunt omnes, qui audiebant, at-  
que ex diuturno linguarum experimento: quas cum ante nescisse  
nouerant, crediderunt de omnibus, que probate minime valebat.  
Tunc per biduum moris dilata est: sed die tertio (quo oculis  
Dei iudicio, nescitur) manus & brachia, laterisque suos denti-  
bus lanciant, & ita de corpore exiit. Hae Gregorius. Sane  
quidem & in amentiam quoque atque furorem deduc-  
cere homines consuevit pestem illam, Gregorius Tu-  
rentensis restat. Nec vero de alia plane lue memi-  
nit idem Gregorius, quam de ista tunc grassante in Gal-  
lia: non enim Italia terminis contineri potuit, sed  
& exteris regionibus Gallias atque Germaniam perua-  
sit, vt ex pluribus Gregorij locis apparet: qui in primis  
quomodo Rhenensis ciuitas fuerit liberata, ita de-  
scribit:

Sed nec illud filii placuit, quod illo gestum est tempore,  
cum lues inguinaria populum Prima Germania deuastaret. Cum  
autem omnes terrentur huius cladis audita, currit Rhenen-  
sis populis ad S. Remigij sepulchrum, congruum huius causa fla-  
gitare remedium. Accessu cerui, hyloniisque non paucis hy-  
nari, psalmisque celestibus per totam excubat noctem.  
Magna autem facta, quid adhuc precatus desit, in tractatu rimatur.  
Reperitur etenim, reuelante Deo, qualiter oratione praemissa,  
adhuc maiori propugnaculo vrbis propugnacula munitur.  
Assumpta igitur palla de beati sepulchro, componit in mo-  
dam serretis: accensisque super cruce cerui atque ceroferalibus,  
dant vocem in cantibus: circumuolunt urbem cum vici, nec prae-  
terunt vllum hospitium, quod non hac circuitione concludant.  
Quid plura? Non post multos dies fines huius ciuitatis lues  
aggreditur memorata. Veruntamen vsque ad eum locum ac-  
cedens, quo beati populi accessit, ac si constitutum ceruere ter-  
minum, initia ingredi non modo non est ausa, sed etiam quem  
principio peruerat, huius virtutis repulsa reliquit. Hae  
Gregorius: qui & quoniam modo Treuerensis etiam  
ciuitas ab eadem ingruente tunc lue fuerit liberata per  
S. Nicetium hoc tempore eius Episcopus narrat in li-  
bello, quo eiusdem Sancti res gestas prolecutus est, his  
verbis e:

Cum autem lues inguinaria Treuericum Populum in circu-  
itu ciuitatis valde vastaret. & sacerdos Dei pro omnibus com-  
missis Domini misericordiam imploraret assidue: factus est sonus  
de nocte in ignis tanquam tonitruum validum super pontem a-  
mnij, ita vt putaretur vbi ipsa absorberet. Cumque omnis po-  
pulus exterritus in lectulo resedisset, letiferum sibi interitum op-  
perirent: audita est in medio vox vna ceteris clarior, dicens: Et  
quid hic, & facti faciemus? Ad vnam enim portam Eucharis sa-  
cerdos obseruat: ad aliam Mezinum excubat, in medio resatur  
Nicetium: nihil hic vitra praenitere possumus, nisi sinamus hanc  
urbem eorum tritioni. Hae audita voce, statim morbus quiescit,  
nullusque ab eo vitra defunctus est. Unde non ambigitur, vir-  
tute memorati Antistitis fuisse defensam. Hae Gregorius de  
eadem agens inguinaria lue. Quomodo etiam preci-

XXVI.  
c. Grego dial.  
lib. 4. c. 26.  
PRODIGIUM DE  
PYRO, PE-  
TE PER-  
CYSSO.

d. Greg. de  
Glor. conf.  
cap. 79  
XXVII.  
RHEMEN-  
SES EFFE-  
GVNT PE-  
STEM OPE  
S. REMIGII.

e. Greg. Tur.  
in lib. Vita S.  
Nicetij  
XXIX.  
S. NICETI-  
VS LIBE-  
RAT TRE-  
VERENSE S.  
AB INGV-  
NARIA.

bus



Greg. hist. Franc lib. 4. c. 39. s. Gal. XXIX. S. GALLVS LIBERAT ARVERNENSES AB INGVNARIA.

bus S. Galli Episcopi populus Aruernensis sit liberatus. idem auctor haec ait:

Huius temporis, cum lucis illa, quam inguinariam vocant, in dunesis regionibus defecisset, & maxime tunc Arclatensem prouinciam depopularetur: sanctus Gallus Aruernensis Episcopus non tantum pro se, quantum pro populo suo tripudius erat. Cumque die nocturne pro populo deprecatur, ut veniens plebem suam vastari non cerneret: per visum nocturnum apparuit ei Angelus Domini, qui tam sceleris quam visum in similitudinem nimis cadidit esse testatur: & ait ad eum: Bene enim facis, si sacerdos, quod si Dominum pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nisi in regione ista ab hac strage deperat: nunc autem ne timos, post oculo vero annos tuos. Vnde manifestum fuit, transfatu huiusmodi, cum e faculo discessurum. Expergit autem, & Deo gratias pro hac consolatione agens, quod eum per celestem numerum confortare dignatus est. Regiones illas inspicit, ut media Quarta aestima plerumque ad habitum boni Iuliani martyris itinere pedestri venient: sunt enim in hoc itinere quasi stadia trecenta sexaginta. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videntur, unde arusticus hoc scripto Thomae vocabatur. Cum autem regiones alias (ut diximus) huiusmodi consumeret, ad civitatem Aruernam, S. Galli intercedente oratione, non attingit. Vnde haec non paruum census gratiam, qui hoc meruit, ut passus positum omni sua deorari, defendente Dominus non videret, haec Gregorius, qui eadem repetit, cum eiusdem S. Galli collectas res gestas conscripserit. Sed quid post annos octo timendum esse Angelus praedixit, cum videlicet ipso Sancto defuncto in locum eius subrogatus est Cautinus Episcopus Aruernensis, suo loco dicturi sumus. At e Gallis in Britanniam insulam transcamus.

XXX.

Hoc enim anno gens Pictorum in Britannia insula commemorantiam ad Christum fidem per sanctum Columbanum perducta est. Rem gestam certa temporis nota signatam Beda narrat his verbis se:

Anno incarnationis Domini quingentesimo sexagesimo quinto (quo tempore gubernaculum Romani imperii post Iustinianum Iustinus Iunior accepit) venit de Hibernia presbyter & Abbas habens & vita monachi insignis, nomine Columbanus, in Britanniam praedicaturus verbum Dei prouinciam Septentrionalium Pictorum, hoc est, eum, qui arduus atque horrentibus montium ingens ab Australibus eorum sunt regionibus sequestratus. Namque ipsi Australis Picti, qui intra eosdem montes habitant, multo ante tempore (ut perhibent) relicto errore idololatriae, fidem veritatem acceperant, praedicantem eum verbum Domini Episcopo reuerendissimo & sanctissimo viro de natione Britannum, qui erat Romae regulariter fidem & mysteria veritatis edoctus: cuius fidem Episcopus S. Marini Episcopi nomine & ecclesiae insignem (ubi ipse etiam corpore tuum pluribus Sanctis repositus) iam nunc Anglorum genti obtinet: qui locum ad prouinciam Bernicorum pertinens, vulgo vocatur Ad candidam castram, eo quod ibi ecclesiam de lapide, insulae Britannibus more, fecerat.

XXXI.

Venit autem in Britanniam Columbanus, regnante Pictu Britio filio Melchior Rege potentissimo, nono anno regni eius: gentemque illam verbo & exemplo ad fidem Christi conuertit: unde & praefatam insulam ab eis in possessionem monasterii faciendi accepit: neque enim magna est, sed quasi familiarum quaque iuxta estimationem Anglorum: quam successores eius vsq; hodie tenent, ubi ipse sepultus est post annos circiter triginta admodum, ex quo ipse Britanniam praedicaturus adit.

XXXII.

Fecerat autem vsq; praesquam in Britanniam venisset, monasterium nobis in Hibernia, quod a copia roborum Dearnach, lingua Scotorum, hoc est, Campus roborum, cognominatur. Ex quo vixque monasterio plurima exinde monasteria per discipulos eius & in Britannia & in Hibernia propagata sunt: in quibus omnibus idem monasterium insulam, in quo ipse regnasset corpore, principatum tenet. Habere autem solet ipsa insula rectorem semper Abbatem presbyterum, cuius iuri & omnia prouincia & ipsi etiam Episcopi ordinis iustitiam debeant esse subiecti, iuxta exemplum primi doctoris illius, qui non Episcopus, sed presbyter extitit & monachus: de cuius vita & verbis nonnulla a discipulis eius seruantur scripta haberi.

XXXIII.

Vermi qualifera, fuerit ipse, nisi hoc de illo certum tenemus, quod reliquit successores magna continentia, ac diuino amore, regum largi, instituiturque infligit: in tempore quidem summa festiuitate, Palchatis scilicet, duobus circulis sequentes, vixit quibus longe ultra Orbem positum nemo Synodalia Paschalis obseruantia decreta perrexit: tantum ea, quae in Prophetis, Evangelicis, & Apostolicis litteris descripta poterant, pietatis & castitatis opera diligenter obseruauit. Permanit autem huiusmodi obseruantia Paschalis apud eos tempore non paucos, hoc est, vsq; ad annum Domini incarnationis septingentesimum decimum sextum, per annos centum quinquaginta. At tunc veniens ad eos reuerendissimo & sanctissimo patre & sacerdote Eberto de natione Anglorum, qui in Hibernia diu exalauerat pro Christo, & erat doctissimus in Scripturis, & longana vita perfectione eximius: correcti sunt per eum, & ad verum canonicum Pascha diem translata. Sed de his iactis suo loco.

IESV CHRISTI Annus 566.

IOANNIS PAP. ANNO 7. IUSTINIAN. IMP. ANNO 40.

Qui sequitur annus Redemptoris quingentesimus sexagesimus sextus, idem Iustinus Imperator, inchoatus tamen ab anno superiori mensis Nouembri, Indictionis decimo quarta: quo idem Imperator Consul creari voluit. Intermissus tamen ad Consulum Basilij eiusmodi magistratus populorum non nihil maius reddiderat: ex hilaritate vero eius, cum Iulianus resistentium Consulum fore promissit: nam haec Cotippus ex Iustini persona:

Non solum optari iudeo spectacula Cirii: Praemia sed populo & maxima dona parabo: Dito ab plebei opibus: namque, rogatum Consulibus Consul post tempora curia noua, Gaudeat ut totus Iustinus manere mundus, Dona Kalendiarum prospera uti vixina meorum. Vos vestris ad hunc loco, propeate, parate, Promissisq; die nostras sperate curales. Expani gaudere inopio nomine vulgus Consulio audito: natu frago, itq; tumultu Per lateri ingens, sumit vultus, murmur Ingenientisq; canos dulci modulamine placuisse. Aduenientibus igitur ipsis Kalend. Ianuarii Consulum iniens Imperator donatum more maiorum dedit, templumque petit Deo acturus gratias more Christiano, nobi Gentili, quo Romani olim confueverunt ascendere Capitolium. Sed audi ipsum Cotippum:

Hunc, scilicet Christum, mente fidelis Regnator Iustinus amans, trahatur ab aula Egre diens, templum primum sublimis petiit, Atq; Deo grates solita pietate pergit. Plurima votis un facti sunt dona suorum, Ingenitq; sum diuinit munerem templum: Obtulit & cetera, sed mita voce petiit, Corde humilis, dexteraq; Dei benedictum atitit. Plus exaltatus, plus iustitatus in ipsum, Quod se humilem flans ante Deum, veremq; fatetur Quae recinet pietate fidem.

alludit haec dicens auctor ad fidei professionem, quam nouus creatus Imperator ipso sui Imperij initio publice exhibere solebat. Quod vero periclitantem nactus esset statum Imperij ob fidem Catholicam a praedecessore magnopere, ut dictum est, perturbatum, edictum etiam de fide conscripserat, quo consulum voluit fidei Orthodoxae, recitari illud ab Euaerio istis verbis d:

In nomine Domini Iesu Christi Dei nostri, Imper. Cesar Fl. Iustinus, fidelis in Christo, Manichaeus, max. Beneficus, Alermanicus, Gothicus, Germanicus, Atricus, Francicus, Hemicus,

XXXIII. FACTORUM GORVIA ERRORES DIE IN SCHEITH CELEBRARI DO.

L. c. Orig. in laud. Iustini.

II.

III. d. Euaer. in cap. IUSTINIANI IMPERATORIS THOLOSANI PIDE ERRORES CTTVM.

Cipedi-